



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XII. De Scrutinio in Ordine faciendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Scrutinio in ordine faci-  
ciendo.

## TIT. XII.

Pertinet hic Tit. ad quæstionem, qua-  
tione Episcopus Ordines conferre de-  
beat, nimirum præmissis examine, quod  
vocat Scrutinium.

1. *Quid igitur est Scrutinium?*

Nominis hujus non una significatio  
est, modo enim accipitur pro  
tatione, id est, inquisitione suffragio  
quæ fit in electionibus: modo pro  
chismo, quem Ecclesia primitiva  
consuevit in baptizandis iis, qui habent  
usum rationis. Hic autem accipiuntur  
quodam examine ordinandorum.

2. *Examen hoc cui præ cæteris  
incumbit?*

Archidiacono, quem ideo Episcopus  
solet interrogare, *An eum, quem ex  
ordinandum, sciat esse dignum?* qui  
respondet, *se scire dignum esse, quantum  
humana fragilitas patitur.*

3. *Qualiter fieri debet?*

*Sess. 23. c. 7.  
de reform.*

Hodie ex decreto Conc. Trid. feri  
quæ

quarta ante ordinationem solent evocari omnes ad civitatem, in qua fit ordinatio, ut per ipsum Episcopum & alios prudentes ac peritos sibi adscitos inquiratur in ordinandorum genus, personam, aetatem, instructionem, mores, doctrinam & fidem.

De ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu.

TIT. XIII.

Occasione ejus, quod dictum ante, Episcopum suis duntaxat, non etiam alienis subditis, conferre Ordines, subjicitur hic Tit.

1. An igitur Episcopus, qui se Episcopatu abdicavit, poterit adhuc conferre Ordines?

NEquaquam; frustra enim talis Episcopus Ordinem conferet, quandoquidem, quicumque acceperit, non sit habiturus Ordinis sibi collati executionem. Inspici tamen hic debet mens ipsius renunciantis, ut, si renunciavit tantum loco seu dioecesi, non etiam dignitati, recte conferat Ordines vice alterius Episcopi ab eo rogatus, sive minores sive majores, quia renuncians Episcopus manet.

c. i. hoc tit.